

visere ciuitatem. ut iam nobis habitandum sit inter
turbas scorum. & inclitas celestium potestates. Hanc
mediocre leuamen est delictorum. tecum habere quos
f. q̄nta p̄ccati
instruis. tecum habere quos mitiges; Evidem exgau
dio presenti metior. quantuム huc usq. perdididerim;
Rogo. dñe ueniam impatientie. immodica letitia.
verba pensare nonnouit; Doleo. & quodammodo
humana ratione contristor. qd tam sero uenerint
habitatores pectoris nostri; Minus delictorum re
pererant. si ante venissent; Unde carissimi. hec
nra sit apud eos prima partio. ut peccata nra. pia
miseratione aduocationis excusent. non animo iudi
cantis inquirant; Et me ^{mec} evidem sci venerandiq.
martyres. quantu reor. apud vos veniabilis excu
satio tarditatis est; Nam qd ad britannias prefectus
sum. qdibi moratus sum. vestrorum fecit exsecutio pre
ceptorum; Pacis me faciende gratia. consacerdotes
mei. salutares antistites euocarunt. Hoc negare non
poteram. qui uobis militabam; Non est de esse obse
quiis. oboedire praeceptis; Merito virtutis. ubiq
vos esse noui; Nullo enim terrarum spacio. celestis